Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

foribus pauperum multitudo. Sur-
rexit tamen et non tam spe euaden-
di. quam tedio iacendi. seu curi-
ositate temptandi. accessis̄
ad hostium subterraneę domus. in
qua uinctus et clausus erat. mox
ut pessulum tetigit. sera tota in-
ter manus eius collapsa est. et hostium
domus apertum. Exiensque pedetemp-
tim. sic homo compeditus ad ecclesiam
ubi adhuc uespertina celebrantur
officia. pertendebat. Porro men-
dici qui pro foribus domus astabant.
uidentes quod fiebant. et diuini-
tus exterriti. in fugam uersi sunt.
nichil clamantes. Cumque iam ec-
clesię propinquaret egrediens. qui-
dam de familia domus. captiui-
tatis suę germanus illius a quo custo-
diebatur. uidensque eum ad ecclesiam
properantem. tarde inquit Gerarde
uenisti. Expauescente illo. fe-
stina ait. adhuc super est quod audi-
as. Oculi quippe eius teneban-
tur: nec prorsus quid ageret
intelligebat. Sed ad altiores gra-
dus ecclesię cum data manu Ger-

hardum subleuasset. introeunte
illo ecclesiam. tunc demum quid
ageret agnouit. et conatus eum
retinere non potuit. Hoc ergo modo Ger-
hardus a captiuitate amoris
seculi huius et captiuitate filiorum
seculi liberatus. uotum quod uouerat
fideliter exsoluit. In quo potissi-
mum notum fecit dominus a quanta per-
fectione sanctę conuersationis gratiam
iste dei famulus cepit. qui in eius
spiritu qui fecit quę futura sunt. quod
erat futurum uidere potuit. quasi
iam factum. Presentialiter quippe
in latere fratris sui lancea appare-
bat. quam digitum applicuit lo-
co uulneris mox futuri. sicut post-
modum ipse confessus est nobis.
Cum autem ceteri ut diximus
fratres prima die in eodem esset
cum Bernhardo spiritu congrega-
ti. mane intrantibus eis ecclesiam.
apostolicum illud legebatur capitu-
lum. Fidelis est deus quia qui cepit
opus in uobis ipse perficiet usque in diem
ihesu christi. Quod deuotus iuuenis haut
secus accepit. quam si de celo so-